

1) *Hoc solo die immolatum esse hostia, cum reliquis diebus supplicaretur tantum (scilicet ture et vino), notat Mo. l. c. — 5) supplicatio lapis. — 6) Natalis Drusi Caesaris Ti. f. ex hoc solo monumento notus. Annus fuit unus ex annis 739—742. — 7) Novimbr. lapis. — 8) A. 706 vel 707, cf. Mo. I p. 404. — 9) Dicimbr. lapis. — 10) A. 712, cf. Mo. C. I p. 407. — 11) A. 735. De honoribus habitis Augusto ex Syria tum redeunti cf. Mo. mon. Ancyrr. comm. p. 46. — 12) A. 744; die 2. Ian. senatus Octavianio imperium propraetore decreverat (Drumann 1, 291; Mo. I p. 585). — 13) supplicatio lapis. — 14) Augustus appellatus est Caesar a. 727; de die cf. Mo. C. I p. 584, mon. Ancyrr. comm. p. 449. — 15) De ara Pacis Augustoe constituta in honorem Augusti ex Hispania Galliaque redeuntis d. 4. Iul. 741, dedicata d. 30. Ian. 743, cf. Mommsen mon. Ancyrr. comm. p. 49. — 16) Mirum neque aliunde notum Imperium Augusti pro numine esse cultum. — 17) Ita supplevit Mo. Cum hic versus plus solito distet ab eo qui praecedit, de Petra hic scriptum fuisse putavit [semestre secund]um. — 18) A. 742. — 19) supplicato lapis. — 20) dis publ(icas) p(enatibus) p(opuli) R(omani) Q(uiritium). — 21) A. 711 prope Mutinam (supplevit Mo.). — 22) Supplevit Mo. (cf. C. I p. 595). — 23) Moles Martis memorat etiam Gellius 13, 23. — 24) cf. Henzen act. Arv. p. 52. — 25) Cf. C. I p. 596.*

**109** P. Veidius P. f. Pollio<sup>1</sup> | Caesareum imp. Caesari Augusto | et coloniae Beneventanae.

Beneventi (IX 1556). — 1) *Notus eques Romanus amicus Augusti, defunctus a. 759 (Dio 54, 25).*

**110** Romae et Augusto Caesari<sup>1</sup> divi f. patri patriae.<sup>2</sup>

Polae in epistylie templi (V 48). — 1) *Augustus Caesar pro solito Caesare Augusto ponitur maxime ubi numen magis intellegitur quam princeps, in templis potissimum eo vivo positis (Mo. ad X 6303; cf. X 825). — 2) A. 732/767.*

**111** Deanae Ephesiae et imp. Caesari Aug. et Ti. Caesari Aug. f. et civitati Ephesiae C.] Sextilius P. f. Vot. Pollio cum Ofillia | A. f. Bassa uxore sua et C. Ofillio Proculo f. suo cetereisque leibereis sueis pontem de sua pecunia faciendum curavit. | Άρτέμιδι Ἐφεσίαι ναὶ αὐτονόματοι Καίσαρι Σεβαστῷ ναὶ Τίβεριῳ Καίσαρι Σεβ. νῖῳ ναὶ τῷ δῆμῳ τῷ Ἐφεσίῳ Γάιος | Σεξτίλιος Ποτιλίον νῖὸς Οὐοτονοία Πολλίων σὺν Ὁφελλίαι Αὔλου Θυγατρὶ Βάσσῃ τῇ ἐαντοῦ γυναικὶ ναὶ Γαίῳ | Ὁφελλίῳ Πρόκλῳ τῷ ἐαντοῦ νῖῳ ναὶ τοῖς λοιποῖς τέκνοις τὴν γεφύραν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν.

Ephesi (III suppl. 7117).

**112** T. Statilio Taur[ο] | L. Cassio Longino | cos.<sup>1</sup> X k. Octobr. | numini Augusti votum | susceptum a plebe Narbo[n]ensis in perpetuum:

Quod bonum faustum felixque sit imp(eratori) Caesari | divi f. Augusto p(atri) p(atriae) pontifici maximo trib(unicia) potest(ate) | XXXIII, coniugi liberis gentique eius, senatuſ | populoque Romano et colonis incolisque | c(oloniae) I(uliae) P(aternae) N(arbonis) M(artii), qui se numini eius in- | perpetuum | colendo obligaverunt! Pléps Narbonen|sium áram Narbone in | foro posuit, ad | quam quot annis VIII k. Octobr.<sup>2</sup>, qua die | eum saeculi